



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

1. Præmittitur quid & quotuplex sit Bigamia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Si sit publicus ipse defectus membri mutilati, sed de-
lictum fuerit occultum, potest ab Episcopo dispensari di-
ximus c. 8. §. 3. n. 3.

*Monitio pro Imperatore dispensationis irregularitatis
ex Homicidio.*

39. Adverte, Lector, nequaquam valere, Ita Avila
alios citat p. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. sed esse subrepticam
dispensationem irregularitatis pro secundo homicidio
commisso, nisi facta sit mentio de dispensatione data
pro primo. Rationem hujus doctrinae habuisti à me su-
pra factis, l. 8. tr. 2. de matr. c. 8. §. 2.

Quid si quem occidi, erat Sacerdos, vel Religiosus,
vel Pater, &c.

Respondeo, de his, cum pertineant ad tractationem
de Dispensationibus satis sit, si innuam, te ea videre pos-
se apud Pyrrhum Contrad. lib. 5. de Disp. cap. 1. qui recte
advertit, in petitione Dispensationis irregularitatis ex
homicidio omnes ipsius homicidii qualitates esse pror-
sus exprimendas.

§. XVIII. Quid possit Commissarius Cruciatæ quoad
Dispensationem irregularitatis prædictæ, in
& aliarum.

*Et remissivè, quid possit ipsa Bulla, & Prælati
Regulares.*

1. Commissario Cruciatæ his verbis conceditur
Potestas dispensandi irregularitates quasdam in
Bulla, apud Ludovicum à Cruce initio expositionis Bul-
læ. Et, qui Commissarius deputatur, datur facultas dispen-
sandi, & componendi super irregularitate cum his, qui,
quisque censuris Ecclesiasticis legati, Missas, & alia Di-
vina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebra-
runt, seu alias se illis immiscuerunt.

2. Et super alia qualibet irregularitate (præter quam
ratione homicidii voluntarii, ac Simonia, vel Apostasia à
fide, aut Hæresis, vel propter malam Ordinum susceptio-
nem contractam cum retentione Beneficiorum, & fructuum
in eis perceptorum, & infamia, ac inhabilitatis exinde pro-
venientis, abolitione, & executionis Ordinum non male sus-
ceptorum restitutione. Hactenus Bulla, cujus minutionem
explicationem lege apud Bardi, in Bull. Cruc. p. 3. tract. 2.
præf. 4. alioque ab eodem citatos.

3. Quid autem possit confessorius electus ab eo, qui
Bullam Cruciatæ accipit, diximus latè sup. in tr. de casti-
bus reserv. c. 23. à n. 21.

4. Denique quoad Religiosos, vel loquimur de Præ-
latis, & Confessoribus Regularibus comparatione Sæcu-
larium, & aio, saltè pro praxi, tenendum esse, nullam
eos habere potestatem in dispensanda irregularitate
quacunque, quicquid aliqui dicant apud Dianam p. 17.
tractat. 4. resol. 3. quos ipse merito non sequitur: est
idem Diana part. 11. tractat. 2. resol. 26. sine Ver. etiam
tract. 6. resol. 4. concedere illis aliquid videatur, &
esto multa benigniora concedat, immò pluribus con-
tendat Bruno de Privileg. Regular. tractat. 5. proportion. 1.
capitul. 1.

Vel loquimur de iisdem Prælati in ordine ad suos
Subditos, & aio, quemlibet ex his sua debere Privile-
gia consulere, eorumque limitationes, si adsint, quæ
videre possunt apud Castropal. de censur. disput. 6. p. 11.
Lezana Ver. Irregular. Comp. Privileg. Societ. Ver. dispen-
satio à numer. 2. Donat. tractat. 5. questio. Regul. 36. &
tract. 11. quest. 9. Diana p. 11. tract. 2. à ref. 1. usque ad 30.
Bruno loc. cit. tract. 4.

CAPVT XVI.

De Irregularitate ex Bigamia.

§. I. Premittitur quid, & quæplex sit
Bigamia.

1. I dicuntur, toto tit. de Bigam. non ordinandis & pla-
ra in dist. 24. propriè Bigami, qui, cum sua biga-
ti duo, vel plura valida matrimonialia licellive con-
xerunt, & consummatum (in quo consistit, Matrimo-
nium esse consummatum lib. 8. de matrim. tract. 5. cap. 1.
diximus.) Neque ergo sola sponsalia, vel sola Matrimo-
nia tantummodo rata propriam Bigamiam constituent,
tunc enim propriè ea constituitur, quando quis dicitur
carnem suam in plures: Cujus rei ratio alia non est, nisi
quia congruum visum fuit Ecclesiæ, ut sicut ipsa Ecce-
lesia unica Sponsa est Christi, ita ejusdem Mulier non
dividerent carnem suam in plures uxores, si autem di-
derent, essent irregulares irregularitate, quam Sacra-
mentum C. deorsum de Bigamis, vocant ex defectu Sacra-
menti, id est ex defectu significationis, seu hujus deter-
minatæ rei Sacra, id est unice conjunctionis Sacra, seu
Spiritalis Christi cum Ecclesia.

Potè in universum Bigamia in tres distinguitur clas-
ses. In veram, quæ est, quam n. præced. diximus. In inter-
pretativam, quæ est illa, quæ afficitur, qui Matrimonium
contraxit, consummâtque cum Vidua, vel cum vidua
ab alio, vel cognoscit suam uxorem, quæ cum aliquo
adulteravit. In similitudinariam, quæ est, quando quis
post solemne Castitatis Votum in aliqui Religione
contrahit Matrimonium cum quacunque, etiam virgi-
ne.

§. II. Bigami sunt irregulares.

1. Bigamos ergo sive verè, sive interpretativè, sive
similitudinariè ab Ordinibus recipiendis elio-
pellendos, atque adeo irregulares esse, nimis est in
manifestum, tot. Tit. de Bigamis, & passim DD.

Et quidem potest quis propter Bigamiam officii plu-
ribus irregularitatibus specie diversis, ut si sit Bigamus
ex vera, si ex interpretativa, si ex similitudinaria, &c.
atque has esse omnino speciatim explicandas, si fuerit
earum dispensationem petas, certum sit, ut universaliter
aliquanto inferius cap. 23. num. 18. adnotabo. A dicitur
tamen si quis una Bigamiae specie laboret, sed ex multis
actibus solum numero distinctis, contraxerit v. g. duas,
quatuor, plures nuptias, adverte, inquam, hanc causam
dumtaxat irregularitatem incurrisse: Sicuti unum con-
traxit affinitatem cum Maria v. g. ille, qui cum ejus lo-
ro multas, repetitâque copulas habuit. Lege Sacerdos,
aliosque citatos à Diana part. 11. tract. 6. resol. 44. cui
tè multum Sapientium schola debet ob varietatem sen-
tentiarum, quas eruditè in lucem eduxit à Theologia
expendendas.

2. Manifestum item est, eisdem Bigamos privari
Ordinum receptorum.

3. Manifestum est denique, eisdem, post incursam
Bigamiam, nullum posse acquirere Beneficium Ecclesi-
asticum.

4. Quæres: Ordinatus, cui superveniat Bigamia, quæ
detne privilegio fori, & Canonis?

Respondeo, sub necessaria distinctione, Ordinatus in
Sacris nullum Clericale privilegium amittit, ut rectè
notat Sayr. loc. cit. num. 1. At Ordinatus in Minoribus
utroque prædicto privilegio privatur, immò iisdem Ordi-
natis in Minoribus, si ipsi evadant Bigami, sub excom-
municatione ferenda prohibetur delatio habitus, &
consuevit Clericalis, Clericalis, inquam, nam, si quis Biga-
mus fiat Religiosus conversus, poterit ferre habitum
imò, & consuevit Religionis, ac superpellicum, si in